











1761.

Henglin, Daniel: Mentiones nominales juridicae  
de collegio fortuito.

1762.

Mantzel, Fr. Leo. Fried: De pulvere pyrico sine  
fulminari vulgo Schieß-Pulver.

1764.

Mantzel, Ernst. Fr. Fried: De legati immunitatione  
ambrosii vs. mutuum ad l. 6. C. si certum petatur

1765

1. Becker, Hermann: De cessione legati, cumque in  
concurru creditorum probandi ratione

2. Jenecke, Johann Nicolaus: Von der Lehens - Verjährung,  
nach Mecklenburgischer Gesetzg. .. besonders dem Artikel  
19. Reversalium vom Jahr 1624. betrachtet

1765.

3. Trindelburg, Joseph Fr. D.: Annotiones & variis juris  
Cantabrigiae
4. Trindelburg, Joseph Fr. D.: De sequestratione
5. Trindelburg, Joseph Fr. D.: Prolegomena ad  
D. si quis jus dicitur non obtulerit. 2. Febr.

1766.

Deharsingius, Georg Christoph: De cura infantum necesse  
matrum penes viros olim unitate occasione doli  
Speckelii C. 16 4.

1767.

1. Becker, Hermann: De traditione feudorum in  
nos secundum placita juris communis per Germaniam  
obtinentis ac speciatim Mecklenburgiae doli. I.
2. Montgeln, von Fr. Fried: De juriconsultis extraneis  
in jure Mecklenburgico errantibus



1768

Friedelendung, ~~kurzer~~ <sup>kurzer</sup> ~~Red:~~ <sup>Red:</sup> De Indiciis eorumque Diversis  
Conditionibus secundum jus Romanum et Germanicum  
in primis quoque Medlenburgicum

1769.

1. Rudloff, Warden August: Abhandlung von der Nichtigkeit  
des Teutonen Hofgerichts ~~und~~ mit dem Kayserl. Reichs-  
Commerzconsul. Nach einer Abreise seiner künftigen Vater-  
lands
2. Rudloff, Wilhelm August: Vorbereitung zu einem Collegio  
über des kaiserl. Reichsrecht mit dem Reichs- Prozess  
zu seine gehörig.
3. Rudloff, Wilhelm August: De jure sui in familiis  
illustratus.

1771.

1. Rudloff, Friedrich August: De confirmatione Caesaris  
juri privilegiorum in familiis illustratus Germanis



1771.

2. Ruff, Friedrich Augustus: Petitione reuocationis  
investiturae quous modo neglecta fundam amittit
3. Trendelenburg, A. dekk. Trid: De iure fructuum in  
suis propt. regnum maturiscentium in separatione  
ferri ab allodio secundum iura Longobardica et  
Saxonicarum

Q. D. B. V. 1761

# MEDITATIONES

NONNVLLAE JVRIDICAE

DE

## COLLEGIO FORTVITO

QVAS

### DOCTORATVM VTRIVSQUE JVRIS

EX

*SVPREMA ET CLEMENTISSIMA  
GRATIA*

PER

AMPLISSIMAM FACVLTATEM JVRIDICAM, IN ACADEMIA  
NOVA MECLENBVRGENSI, FRIEDERICIANA, QVÆ  
EST BVETZOVII, IMPETRATVRVS,

SPECIMINIS INAVCVRALIS VICE,

AEQVIS

*CENSORIBVS BENEVOLISQVE LECTORIBVS*

ANNO MDCCLXI. M. SEPT.

OFFERRE DEBUIT

DANIEL STENGLIN.

*HAMBVRGENSIS.*









*Q. D. B. V.*

## INGRESSUS.



**T**errere videretur Historia Litteraria, scripturos, specimina, maxime juridica, quoniam, ceu Bibliothecæ probant, vix datur possibile rubrum vel objectum, quod nondum unus vel alter, imo plures, jam fecissent suum. Tremebundus igitur fere accedit, qui, quoties exigitur, thema ambit, eligit. Posset, qui non circumspiceret, absque suo dolo, auctor, post multos sudores, ex vulgato: nihil dicitur, scribitur, quod non dictum scriptumve sit prius, incidere in suspicionem plagii litterarii. Quum ante annos increbesceret nova methodus scribendi de-

A 2

mon-

monstrativa, feliciores videbantur scripturientes, quoniam sexcenties impressa poterant, novo externo habitu in lucem edere et de vulgatissimis materiis iterum aliquid prelis subjicere. Exempla sunt odiosa, utat notissima. Sed, quorsum ego abripior? Salva res est; supersund multa, de quibus, absque nota furti, possunt scribi specimina, modo Benevoli Lectores compositioni, ex multis, ad arctiores paginas, dederint veniam. Emergunt etiam nova incrementa, novæ opiniones et plane nova cogitata atque objecta. Ego facile evadam; non ex pruritu, sed in alium finem, scripturus inaugurale specimen, exhibeo per synthefin quandam, quæ, qua singula habent suas sedes suosque quidem autores; verum brevi circulo tot concernentia conspici atque haberi varia, haut displicebit benigne sentientibus. En igitur specimen, de Collegio fortuito, speciatim, qua creditores concurrentes, quam, ad jussum, offero intuentium lectorumque gratiæ.

---

TRA-





# TRACTATIO. GENERALIA.

I.

QUINQUE PRAELIMINARITER CONSIDERANDA.

**D**e collegio agitur & agetur; ne autem confundantur ideae, placuit praemittere quinque sequentia.

I. Unus homo solitarius est, hoc respectu, nullus; quamvis jura Collegiorum conserventur in uno, qui solus superest: quo nomine allegari solet, lusus gratia. *lex. 22. ff. de Leg. I. ex qua enatum est dicteterium: grex conservatur in uno.* De solitario sermo est, in hoc numero & talis, propitio jure, in orbe & Republica non est tolerabilis, si scilicet putaret, se exemptum ab omni civitate vivere velle. Damnamus igitur Eremitas & Anachoretas aliosque ejus fursuris sanctulos, *vid. B. STOLLII diff. spec.* Univerfus mundus,

A 3

qua





qua inhabitatores, est Collegium, in conceptu philosophico, id quod parit conclusiones arduas, etiam in Jure N. & G. Theologie omnia comprehenduntur in quaestione: Wer ist dein Nächster? & in responsione catechetica: alle Menschen. Hominem vocant animal sociabile: bene! Sed quam vellemus, omnes sociabiles etiam esse sociales; gesellig enim minus est quam gesellschaftlich. Qui, ex suis causis, vivunt solitarii, media in Repub. caveant sibi, ne malas notas sibi concilient; manent enim membra societatis & omnino tenentur aliquid negotii, in communem utilitatem in se recipere. De Monachis & monialibus, iisque similibus ad Jura Canonico-Ecclesiastica differitur. Misanthropos & misocosmos alii pinxerunt. Elegans est syllogismus Wernherianus: alles, was so beschaffen, daß, wenn es alle Menschen thäten, die Welt dadurch würde ruiniret werden, das ist böse. *vid. Præf. ad Elem. J. N. Leg. CROLLII diss. de otii poena & jure magistratus, in homines otiosos, Vit. 1750. maxime in rubr. V. cui add. CRUSS. de indicis, P. I. c. 21.*

- II. Societates in genere & Collegia differunt valde. Cogitetur de tribus societatibus, in una demo perfecta, conjugali nempe, paterna & herili. Societates mercatoriae, aliae, inter privatos, non sunt collegia; nisi ad mercatorias accesserit confirmatio publica. *vid. WERLHOF, de judicio Admiralitatis Hamburgensis. Helmst. 1709. PAVLI diss. de Jure Belli Societatis merc. majoris privilegiata, vulgo eine octroyrten Handels Compagnie, Halæ 1751.*
- III. Communiones soepe cum Societatibus confunduntur. *Inspiciatur tit. ff. pro socio & conf. ille Comm. div. add. tit. Juris Lub. Lib. III. 13. von Gemeinschaft, ohne Gesellschaft. vid. MEV. & STEIN. ad eundem, qui & latine inscribitur, de communiione. De communiione bonorum conjugali, quæ est Eridos pomum, differere non vacat. Remittimus, qua Jus Lub. ad Duumviros extantiores, VOGTIUM & ZERRAHNIVM, qui sunt scriptores speciales. Communiones sunt vel legales & statutariae, vel pactiuae. Aliae incuntur, in alias incidunt nonnulli, de quibus in hac dissertatione potissimum*



potissimum agetur. Nomina omnium a præpositione *cum*, mutata in *co*, *col*, *con*, *cor* & *com* habent vocis initium. Hinc v. gr. coheredes, collegæ, collegatarii, confidejussores, correi, compossessores &c. Obiter adjicimus, quod cum HEINECCIO, statuente, in *Elem. Inst. §. fin. tit. de societate*, dissoluturos societatem, instituendam habere actionem communi dividundo, non faciamus. Sed hodie nodus foret in scripo quæsitus, & *all. lex. I. ff. comm. divid.* cantat. Vid. tamen particula: *magis* & clausula instrumentorum.

- IV. Collegia, quæ sunt corporis notione personæque moralis & mysticæ conceptu digna, sunt legitime inita, confirmata. *vid. l. t. & alie ff. quod. cujusque univ.* Cujus tituli Exegetæ, de modis constituendi, de faciebus et formis, qua directiones, obligationes, alia, ad ultima usque, de modis definendi, tradunt exponuntque. Qua numerum personarum, est quidem in proverbio: *Tres faciunt Collegium*, per *l. 85. ff. de V. S.*; sed respiciendum est quodvis exemplum & dominatur prudens arbitrium. Sufficit interdum, quod uni unus sit conjunctus. *vid. STRYK. U. M. tit. ff. all.* ubi de primis initiis illustris Acad. Halensis, qua Fac. Medicam.

Legi merentur, speciales de Artificum & Opificum Collegiis, scriptores, quos inter eminent *Adr. BEIERUS*, qui solus haud parvum Tamum effecit. *Leg. insignis diff. HEINECCIANA*, von *Handwerks- Zünften*.

- V. Collegii constitutio, quia legitime (quæ vox bonum infert finem) fieri debet, excitat ideam criminis, quoties nempe, absque permissione superiorum, coire atque coalescere audent homines. *Vid. tot. tit. ff. de Colleg. & Corp. add. l. I. ff. ad L. Jul. Maj. Ord. Pol. Imp.* titulis concernentibus. Conf. *Leges Academicarum* & tot edicta, contra Nationalismum, Pennalismum & Schoristas. *Evolv. Rost. Etwas. Ord. Pol. Meckl. de an. 1572.* titulis. von *Zünngen, Silden, Brüderchaften. Add. tit. Jur. Lub. de conven-*





*conventiculis illicitis & licitis, von ungebührlichen und gebührlichen*  
 Zusammenkünften, qui dura minatur, *Lib. IV. 13.* Praescribuntur  
 Leges, restringuntur, corriguntur excessus. Qua collegia opificum,  
 videantur, quæ Augustissimus Imperator & Imperium, *conf. diff.*  
 FLOERCKII. *Acti primarii, de consortio Imperatoris & Statuum*  
*Imp. in potestate legislativa & judiciaria, genuino fundamento,*  
*recursus ad comitia, Hale 1756.* Duces, Principes & Resp.  
 ordinarunt, ab omni tempore, ad ultima usque conclusa, de d.  
 22. Jun. 16 Aug. & 4 Sept. 1731. quæ in his temis publicata d.  
 30. Sept. 1732.

Qua antiquas Societates Mecklenburgicas, quas vocabant  
 Kalands, distinctas, in Herren- & Elenden Kalands, videantur,  
 ad partem, ea quæ exhibet collectio litteraria Rostochiensis, s. r.  
 Etwas, passim. Degenerabant pia alias instituta, ut consuetissimum,  
 in afoctiam, unde emanarunt inhibitiones Papales atque Episcopales.  
 Vocabatur una species conventuum *Gräbt*, quæ sub pena banni  
 abrogata: verbum *gräbten*, cum inordinato strepitu, inter pocula  
 sonorus esse, inde a posteriori derivare, quid vetat.

Ad omnis generis societates, etiam litterarias, requiruntur  
 confirmationes; semper suspicio & periculum subest, quod  
 coeuntes aliquid moliantur, vel contra religionem & honestatem,  
 vel contra Kemp. Unica noscitur hodie, per Europam dispersa,  
 quæ est hæcenus passim anomala. Alterum vel ex satyra est  
 ortum, vel disparuit. Qua religionem *vid.* Collectio insignis  
 tot edictorum.

## II.

*MYNDYS OPTIMYS NEQVIT CONCIPI, SINE POLITIA  
 ET SOCIETATIBVS, IMPERIIS, REGNIS, CET.*

- I. In ipso statu innocentia, si homines in eodem mansissent, politicus  
 ordo obtinisset. Rexissent Seniores familiarum cultumque sacrum  
 in coetu direxissent; Pauci fuissent capita plurimorum.

II. Univer-



- II. Universam genus humanum sibi ut Collegium concipere, ceu jam inspersum, haud inanis est philosophia.
- III. Quoniam in omnimoda communione positiva vivere, humana non patitur conditio: e re fuit mortalium, coire in Societates particulares. Legantur, qui de causa impulsiva, constituendarum civitatum, disseruerunt, inter quos, sat multos, nostro ævo eminet *L. B. de WOLF. vid. ejusdem P. VIII. Juris Nat. Cap. I. & 3.* Cum voluptate leguntur, quæ a sermone, a solitudinis tædio, hinc conversationis appetitu, item ab utilitate conjunctionis, sunt argumenra: Hobbefiana, argute contraria, cum sanis commentariis, non nisi hospites latent. *PVFEND. Lib. VII. de J. N. & G. cap. I. §. 4. scribit: adeoque homines in civitates non ultroneus quasi nature ductus, sed graviorum malorum evitatio impulit. Solipsi & egoista sunt fratres ridiculorum Idealistarum.*
- IV. Historia vult attendi atque consuli, a Patriarchis & a forti venatore Nimrodo, per omnia tempora, accepto Monarchiarum conceptu sobrio & non Scholastico vulgari. Intueamur illustrem laborem *Bergerianum*, s. t. *Synchronistische Universal-Historie*, & addatur *STR VVII Universal-Historie, p. 18. ad. rubr. von denen vier grossen Reichen.* Legantur §. 1. notabilissima verba: *Es werden, in der Historie vier grosse Reiche bemerket, die man insgemein Monarchien zu nennen pfleget = = = welche Lehre aber grosse Widersprüche gefunden, indem einige solche ganz und gar verworfen; andre, daß deren weit mehrere zu rechnen, behaupten, oder solche annoch in dem alten Testament suchen wollen. = = = Es rühren, die Contradietiones, theils dabey, weilen man sich des Wortis Monarchie bedienet, deren freylich wol hunder zu zählen; theils, weilen man des Daniels Prophezeung nicht zum Fundament setzet, und wie solche bis an das Ende der Welt gerichtet, betrachtet.* Legantur sequentia, juxta §§. & sectiones ultteriores. *Opus est temperamento. Evolv. Propheta Ezechiel, cap. 26. & 31. coll. Dan. cap. 2.*

B

V. Liceat





V. Liceat præcedentibus Pufendorfianis verbis addere sequentia: *Illi, quos officii rationes jungunt, forensam quandam amicitiam incunt, plus mutui metus, quam amoris habentes & cui potius externorum signorum fallax apparatus, quam sincera animorum conjunctio adest.* Passus de metu imaginationem rapit in scabiosam quaestionem: *An primum in orbe Deum fecerit timor.* Sibilare tandem desistant viperæ. Gott und die Natur, ita HOFMANN *Lib. I.* von der Zufriedenheit, S. 18. lassen sich, weder durch Gewalt, noch Kunst umstossen. Recht muß doch recht, wahr muß doch wahr, gut muß doch gut, böß muß doch böß bleiben, wenn auch zehnmalhunderttausend Mann sich vereinigten, es mit Carthagen und Feuer-Mörsern umzukehren.

VI. In omni corpore majori, quale quivis est status quævisque Respub. etiam in sensu laxiori sumta, emergunt Collegia minoræ & subordinata, quæ suis reguntur legibus & statutis scil. a superiori, absque captatione vocis, confirmante datis, approbatis. Notentur die Morgensprachen und Rollen, de quibus in textu Lubecenfi allegato.

## SECTIO SECVNDA,

### SPECIALIS.

#### CONDITIO COLLEGIORUM FORTVITORVM EXPENDITVR.

I. Altiora non sunt in themate, ubi nempe, ut supra dictum, pauci regunt, plurimi opediunt; de subordinatis, maxime fortuitis, collegiis est sermo. Fortuita autem sunt, quæ absque præmeditatione atque prædeliberatione, oriuntur atque existunt; incidunt enim sæpe duo vel plures in societatem, ubi, quid juris, venit excutiendum. Unum vel alterum sequentium exemplum videtur, quæ prædeliberationem, abire a conceptis; verum respicitur ad casus fortuito emergentes, in quibus incipit idea & affectio collegii.

II. Placuit,



II. Placuit, libero stylo, ejusmodi societatem appellare collegium fortitum, hinc artificialiter describendum, quod sit, *societas nonnullorum hominum, quos nulla junxit precedens, vel superioris auctoritas, vel conventio; sed casus plane singularis.* Accipiuntur benevole sequentia.

III. Antequam autem illa proponantur, in casu inverso cogitandum erit, de hominibus, alias in societate civili viventibus, qui in statum naturalem casu quasi recidunt vel conjiciuntur & fiunt legibus quasi soluti; vel, uti exprimitur a nonnullis, in collisione legum plane fiunt sui juris, praelaturi officia erga seipfos illis, quibus alias qua proximum tenebantur. Concepiantur ejusmodi homines ceu totum mundum quendam conficientes & ad statum naturalem, media in Rep. relabentes. Controversiam cathedralem, de collisionibus legum & officiorum, bene novimus; nolimus autem immisceri, vel arbitrari, in illis, quæ non sunt sine fophismate.

IV. Facile persentiscunt Lectores, quod de juribus necessitatis extrema cogitemus. Potest ex scriptis, eo referendis, fieri bibliotheca, quæ nobis imponit cautelam, actum non esse agendum. Necessitas non habet legem, est in vulgato, quod vertit vernacula, rhythmorum amica: *Noth hat kein Gebot*: utens pariter paræmia: *Noth bricht Eisen.* Necessitas sit autem, ad illum effectum, vera, simplex & absoluta, ut cum Cicerone philosophemur. *vid. PVFEND. l. c. cap. VI. §. 1. 2.* cujus pragmaticissima sunt verba: *Pleraque leges, saltem positivæ, intelliguntur excipere casum necessitatis, seu non obligare, quando ipsorum obligationem comitaturum esset malum, humanam destruens naturam, aut communi animi humani constantia superius; nisi expresse, aut per negotii naturam, iste quoque casus sit comprehensus. Unde necessitas non id quidem efficit, directe ut lex heic & nunc possit violari, seu peccatum admitti; sed, ex benevola (potius necessaria) legislatorum mente simulque naturæ humanæ consideratione, præsumitur, (statui debet) casum necessitatis, sub lege, generaliter concepta, non contineri. Legantur sequentia, nodum dubitando in scirpo quaerentia.*





VI. Conceptus *mundi in compendio* forte iuvat has meditationes. Hic noster mundus in compendio habet homines interdum ab aliis orbis incolis plane remotos, inter quos vel jura belli veniunt exercenda vel deliberationes quasi-collegiales, inter ejusdem calamitatis, vel alius fortuita confinationis, sive loci circumscriptionis focios.

VII. Saepe satis fatigantur judicia & Jcti allegatione moderaminis inculparæ tutelæ. Requisita etiam & vulgus libellorum continere videtur; sed non omnia ad vivum ita queat refecari, prouti cathedra & intra parietes tranquille philosophantes, sibi singula, etiam inter pocula, ea concipiunt. Parcimus nominibus eorum, qui vitam propriam vitæ aggressoris postponi debere statuunt. In aurem dicimus illis, præceptum: *Du sollt nicht tödten*, etiam vetare propiuidum, & avtocheiriam esse, si quis negligit defensionem. Qui unquam fuit in periculo mortis imminentis, testabitur, cessare fere tunc omnes ratiociniorum subtilitates & solam quasi superesse hominis animalitatem.

VIII. Tribus: in hostem, pro gradu hostilitatis, omnia, quæ sufficient, licent, *vid. WOLF. l. c. cap. 3. §. 973.* & qui, vitæ & membrorum insidiatorem, non aliter, quam per præventionem avertere potest, iuste agit, dum eundem e medio tollit. *Idem Autor §. 983. 1004. f. 1013.* Et hoc non tantum de genere licitorum, sed de classe iustorum est. Famam enim & vitam defendentes non modo licite id facimus, sed facimus, quod debemus. *WOLF. §. 1033.* utut modorum defendendi vitam & famam multa sit differentia; adeo, ut abusus vulgati: *Fama & vita pari passu ambulant, strenue sit reprimendus.* *Id. §. 1636 & ante 978,* ubi exponitur thesis: *Jus, se defendendi est infinitum.* Qua pudicitiam *vid. in specie B. SIBRANDVS Jctus in diss. de quest. an supratotorem violentum salva conscientia occidere liceat. Ross. 1700.*

VIII. Mundi in compendio conceptus omnia habet & fingendum, ac si dicantes sint soli homines in toto orbe, ceu summos tunc monarchas,

in monarchas; inter se æquales, obtineant jura belli, defensivi scilicet  
 in quo vim vi repelli posse, lumen rationis non suadet tantum,  
 minus vel permittit, sed jubet; media igitur in Rep. reviviscere etiam  
 subinde statum naturalem, non est ambigendum; *vid. WOLF.*  
*l. c. §. 1014.* Latius hoc persequitur idem, Philosophorum Prin-  
 ceptis, §. 561. *f. verbis: In civitate judicia succedere in locum belli*  
*privati; ubi judica cessant, seu quando copia judicis haberi nequit,*  
*bellum privatum adhuc licitum est. Judicium cessare dicitur mo-*  
*mentaneæ, quando judex expectari non potest, sine certo periculo,*  
*aut damno. Bellum privatum licitum, quanto versamus, in loco,*  
*ab imperio civili vacuo. Exempla cessationis momentaneæ sunt in*  
*aggressore, latrone, pædone, fure nocturno, debitore (hoc ulti-*  
*mo exemplum claudicat) fugitivo. Continue cessant judicia,*  
*in mari solitudine, insulis vacuis. Bellum privatum dicitur qua-*  
*si momentaneum & in puncto consistere e. gr. si quis stricto gladio*  
*&c. add. omnino GROT. de J. B. & P. Lib. 1. cap. 3. §. 2. n. 1.*  
*item GLAFEY Vernunft- und Döcker- Recht, p. 309. v. Der*  
*status naturalis hat, durch Errichtung derer Staaten, unter einzel-*  
*nen Personen, noch nicht aufgehört, & ante p. 306. §. 37. v.*  
*daß einige = = = darauf zu sehen heißen etc.*

IX. Quoties igitur duo, vel hinc inde plures, in eum incidunt statum  
 eamque stationem geographicam, ut omnino soli & ab implorando  
 judice remoti sint, toties illi constituunt omnem societatem huma-  
 nam in compendio. Qui autem tuto fugere potest, careat jure  
 belli privati; fugiat enim, donec venerit ad tutelares. Verum,  
 caveat sibi judex, ne a posteriori tranquillus, videat, quæ aggressus,  
 in mentis perturbatione, non observaverat. Fugere, *legatur*  
*pius BRUNNEM. ad l. 2. C. ad. L. Corn. de Sicar. n. 7. §. v. si*  
*fuga non periculosa & dignitati dedecorosa: primum ictum ex-*  
*pectare debere, exarmare, debilitare, armorum paritatem perpen-*  
*dere debere, est ex philosophia eorum, de quibus antea. Aggres-*  
*sio omnino requiritur & autor rixæ adversarius; modo distingua-*  
*tur graviter inter occasionem & causam, item inter autorem rixæ*  
*& pugnæ. Nec negligendum, quod ipse in re illicita versans, queat*

B 3

fe





se violenter, contra excessus defendere. Quantum tribuendum sit brocardico: auf eine Maulschelle gehört ein Dolch, excusserunt alii, e. gr. HERTIUS PAROEM C. L. I. & quæ de existimatione ingeruntur, per art. 140. C. C. v. ohne Fährlichkeit, oder Verlesung seines Leibes, Lebens, Ehre und guten Leumuths nicht entweichen, xc. cum grano salis, in exemplo, sunt accipienda. Sed hæc a multis sunt deducta & expectantur casus circumstantiarum variantium, in filo actorum specialium. Consultantur DD. ad C. Crim. & specialissime OBRECHT de *necess. defens.* c. 22. qui significanter de fuga, pariter ac CLASEN & KRESS. distincte differit. Ipse Poeta OVIDIVS lucernam præfert, versiculo suo, in L. III. de arte amandi: *Armaque in armatos sumere iura sinunt.*

## SECTIO TERTIA,

### SPECIALIOR.

#### ITVR PER CASVS.

- I. Concipiatur societas hominum, quos una eademque junxit cymba, vel navis & quaratur, an illa, in summa esculentorum penuria, collegialiter deliberare & forti committere queat, quis, ad conservationem reliquorum, septimus e. gr. sextus & sic porto, sit macrandus. In genere caribus humanis vesci, miserandum quidem, non tamen nefarium appellat cibum, PVFEND. l. c. §. 3. Fames igitur & venter, auribus carens, consilia suppeditant desperata, quæ si in hanc inciderint moderationem, præstant mutuis aggressionibus & devorationibus. In exemplo, de septem Britannis, in vastum mare opinione citius, abreptis, refert TVLPIVS quem legendum toti commendamus, in *Observ. medicis, Lib. I, cap. 43.* & ex eo ZIEGLER ad *Grot. de J. B. & P. C. 2. §. 3.* quod talem conventionem inierint famemque sedaverint, quodque superstites, ad terram delatos, iudex ab homicidii nota absolverit. ZIEGLERVS l. c. non vult illi iudici subscribere: PVFENDORE. in alia viam parans, circa ejusmodi casus rariores.

res, iudicium suspendit additque alium, de pluribus, per naufragium in scapham, quæ nulli ex omnibus propria, conjectis, quorum nonnulli, propter scaphæ conditionem, ne omnes perirent, in mare, ad sortem projiciendi. Nos, absque hæsitacione decreta ejusmodi collegiorum fortuitorum approbamus. *Conf. Deut. XXVIII. v. 23. Reg. VI. v. 28. Thren. IV. v. 10.*

II. Silent igitur leges, in ejusmodi mundo particulari, diminutivo & fortuito atque licent, in resistentem communi conservacioni, omnia, quæ novum collegium in eundem vult statuere. Aliquid naturæ dandum, quæ, in extemporaneis ejusmodi, quæstionem ad Facultates Academicas mittere nequit. ERASMVS in colloquio, quod inscribitur: *Naufragium*, refert casum resistentis, qua actum, cui acclamatum, quod una cum scrinio dandus sit in mare præceps. LEYSERVS, hoc excerptens, addidit: *Quæro, an ille, si ab opibus suis avelli se nulla ratione passus esset, præceps cum illis in mare dari potuerit?* Respondet: *Et puto, quod sic.* Nos, donec scrinium clarius descriptum, suspendimus votum.

III. Historia Jonæ Prophetæ suppeditat exemplum, *vid. Cap. I.* Nequid approbari, quod factum, quoniam ratio decidendi erat falsa, quantum ad illos, qui in suspicionem, unum esse in culpa, incidebant & de fortitione collegiale formabant conclusum. Nos putamus, illos collegas fuisse homicidas, salva aliqua defensione, ex detecto corpore delicti & Jonæ confessione. Sed Jonas divino miraculo fuit salvatus. Num Propheta, qua placidum consensum, a propitidii nota absolvendus, anquirere non placet.

IV. Formant Juris Universalis Doctores, Moralista & casuum conscientia rimatores varias species necessitatis, quæ nostrum non ingrediuntur circulum, quoniam in conceptu Collegii fortuiti, inter cujus membra aliquid tractatur, subsistimus. Alia omnia, ex principii necessitatis per se, conservacionis, ex instinctu naturæ, communionis naturalis, vel aliunde veniunt dijudicanda. Qua ultimum, de communione, in eventum, salva, nemo, vel ante, vel post  
GRO-





GROTIUM elegantius scripsit. *vid. Lib. 2. de J. B. & P. c. 2. §. 6.* Quid liceat, turbata per causum fortuitum societate speciales exaggerant scriptores, etiam Doctores ad L. Rhodiam de jactu, maxime LAVTERBACH. *qua diff. de equitate & extensione L. Rhodia, Tub. 1671.* omnium fortior est extensio, ab aqua ad ignem: *conf. de incendiis largiter scribentes.* Memorabile fit collegium fortuitum, si plures a pluribus prædonibus assiliuntur & unus & absque voto omnium, suam pecuniam, vel alia pretiosa ad avertendum insultus, expromit. *Add. VOGTII dissert. Kiel. de lytro incendiario, von Brandt & Schagungen.*

V. Turbatum dum concepimus societarem, quæri posset, num, inter medias turbas, citra notam rebellionis, dentur collegia fortuita & quid juris circa illa. *Conf. LYNCKERI diff. de resistantia, que fit potestati, item KLEINII. diff. de inobedientia impuni.* Detur casus & respondebimus. *Leg. Dn. AYRERI elegans scriptum, de quæst. an liceat hosti civem in rebellionem sollicitare, cujus opusculi occasio singularis videatur intus.*

VI. Diximus jam supra, in conceptibus coheredum, ex testamento, præsertim collegatariorum, cet. dari collegiorum fortuitorum ideas. Quoties enim, ut hoc repetamus, duo pluresve non ineunt societarem, sed in eam incidunt, toties nostrum thema adipiscitur partes. Litem consortes plane hinc sunt removendi, nisi forte aliquid obvenerit decidendum ex regula: in pari causa melior est ratio dissentientis, vel prohibentis, *vid. tit. ff. jam. excisc. it. comm. avid.* pariter ac ille *pro socio* & evolvantur DD. ad eodsem.

## SECTIO QUARTA.

### SPECIALISSIMA, DE CREDITORIBVS CONCVRENTIBVS.

I. Liceat nunc provehi ad spinosam, non per se, sed propter defectum medicinx legalis, materiam, de concursu creditorum. Præbet illa exemplum

exemplum scandali practici. Fingitur Labyrinthus, ut est in rubro vasti oporis SALGADI DE SOMOZA: nam res forer facile planissima & remoro terribili conflictu Mantziano, paucis comprehendenda tabulis. Qui *Ant. a MARA, vel potius Eliæ SCHNÉE-GASS* operosum tractatum, de concursu cred. legit, exhorresceret facile, ad innumeras ertorum tot virum magnorum, in omnibus paginis, allegationes. Sed fluctus sunt, quos facit in simpulo pseudonymus ille Autor. Inspiciantur novæ leges in Germaniæ Terris: colligantur nævi & accedat deterfio per unum folium edictale. Legantur, ex cameli onere, unus vel alter scriptor, von der Verbeserung des Justiz, Wesens.

- II. Ubi collegium, ubi vota, ibi quaestiones pluralitatis. Omnium præcipua est quaestio, qua collegium fortuitum creditorum, qui res debitoris, autoritate judicis, ut communes, ad sententiam prioritatis & distributionem usque, possident, *vid. rubr. tit. pandectalis, qui est editionis corporis juris non-vitiosæ; Alia enim inscribit tit. de privilegiis creditorum: Num major pars creditorum queat, pluralitate votorum, reliquis imponere necessitatem remittendi?* Quaestio est magistralis. Affirmantes in numerato habent, *l. 7. §. 19. Et l. 8. f. ff. de pact.* Verba benevola, quæ leguntur, sunt omnino, juxta principia, de receptione juris Romani integrali, extantissima. Pingunt collegium creditorum, *v. si convenerint in unum Et communi consensu declaraverint, quota parte debiti sunt, &c.* Exprimuntur eventualia. Sed habet hæc rosa spinas: nonnullas senit, qui legit, *Mevio, carentem, diff. BOEHMERO Præside Hul. 1729. hab. de pacto remissorio, modo concursu.* Legatur, a decernente, dictus *MEVI-VS, Cap. 3. discuss. levam. inopiae debitorum, an. 81. & habebitur nubes.*
- III. Jus Hamburgense regulam tenet, exceptionem facit. Commentarium habet, qui perlustrat *diff. inaug. Wiederholdinam, anno 1744. Rostochi defensam de Levamine singulari, inopiae debitorum, Jure Hamb. introducto, ad ord. spec. vulgo: Die Galliten-Ordnung.* Plena est illa assertionum & allegatorum, tam scriptorum majorum, quam minorum. Textus sapientissimus plene est insertus. Inspiciatur





ciatur summa §. 10. Dantur Jura alia huic Hamb. consonantia. Addatur §. 11. de quaestione, an talis actus debeat esse publicus, quæ absolvitur verbis Behmerianis: *Debitor communis sibi optime consultit.* Varia possibilia emergentia repetere hoc loco non lubet.

IV. Judicem vocat lex vexata in subsidium. Certe nostrum hoc Collegium plane est anomalum, quia agitur de cujuscunque membrum amittendis, jactandis und nimand, uti est in dicitio, *fasi fiber des andern Beutel votiren.* Prudentia & tædium litis, de jure communi, avertunt controversias supprimuntque. Regula: In pari causa melior est ratio prohibentis, sive contradicentis, v. l. 28. ff. *comm. divid. l. 8. de S. P. U.* vires suas exferit, medias intertricas. Quæstio: an & quatenus qua pœnas sileant die *Falliten Ordnungen*, in casibus remissionum, est odiosa: Textus passim minantur, non obstante, distinguentes tamen, in genere. Qua commiseratione dignos, quos nempe bellum, aqua & ignis desolaverunt, reservemus nobis aliquem imperativum ex pluralitate.

V. Hæc, qua remissiones: Qua dilatione, proniora plane sunt jura & nostro Collegio tribuunt, auctoritatem, dandi easdem, ex pluralitate votorum, *vid. l. f. C. qui bon. ced.* Excolit Jus Hamb. modum & LVDOVICI Cap. 1. des *Concurs-Precesses*, §. 3. practicissime instruit atque omnia tractat juxta principia Collegiorum, v. *die meisten Stimmen: in zwey Hæusen getheilet &c.* Limitationes particulare addidit. Occasiones inopiæ parabant viam, ad dandum probo viro dilationem, ad quinquennium usque utut non sit exacte solvendo. In regula requirimus sufficientiam bonorum & æquilibrium nominum passivorum atque inventarii. Debitoris bonitas moralis facit utramque paginam. Securitatis ratio habebitur omnino, sed absque vexatione boni viri. Judex sit arbiter, ex factis & jure atque ratione status. Reip. enim interest conservare cives & obviare paupertatiorundem, ne plateæ seateant mendicis. Recogitet quilibet torvus creditor quid sit in virtute illius: *Hodie mihi, cras tibi.* Persuasiones sequatur imperativus.

VI. Ita



- VI. Ita semper sentiemus, manentes in definitionis juris regia. Varia ventilanda tamen sunt problemata. E. gr. An biceps biling vis-que sit habendus, qui duas pluresve summas praetendit? Resp. quod unico gaudeat voto; junctim sumtis, ad alium finem, summis. *Conf. l. 9. pr. ff. de pact. & Jus Hamb.* An usurae sint computandae? Solet affirmari, cum allegatione dicte legis. Sed tacemus plura, quae vel apparuerunt nunquam, vel ex pelvi etiam fieri possent fulgura. Arbitrabitur, in multis casibus judex. Quid enim, si, Inter dissentientes, sint, quorum nomina non forent liquida? plane excluderemus illos, vel ad consentiendum cogeremus, nisi in continenti fecerint liquidum. Paucis; praeferatur, hoc loco, etiam quovis judice autore, qui generales dilationes, pro rebus natis, concedit, multo tamen breviores, ne violetur regale, indulta concedendi, mitior opinio. Legantur scriptores, de induciis & indultis moratoris speciales & omnino evolvatur, *alleg. MEVII Tr. de levamine inopiae debitorum,* item *CAPZOVII aliorumque sic dicta Asyla debitorum.*
- VII. Notiones literarum respiratoriarum, *dever Anstands-Briefe*, quae etiam *eyserne* appellantur, sunt elegantes. Culpa foret lata, praetervidisse *med. 12. Leiferianam, quae rubrum quartum: Judex inferior inducias debitori obaerato, ex justa causa, indulgere potest.* Vult legi, quod facile, quia opus illud est in multorum manibus. Fit comparatio ejusmodi decreti, cum indultis principum & absolvitur verbis: *Denique induciarum, a judice concessarum, breve, (comparative) tempus esse debet. vid. allegati textus & FABER in Cod. Lip. I. tit. 9. def. 17.* qui statuit, quod Princeps ad quin-quennium non sit allegatus, Omnio sint inter judicis consideranda, jura beneficiorum, particularis solutiones, offerendi; & dationes in solutum.
- VIII. Quoties concursus creditorum formalis (distinctionem inter concursum univrsalem & particularem, nihil curamus) oboritur quae-siones emergunt frequentes, per deliberationes, in effectu collegiales, determinandae. Agiter a) de curatore bonorum, b) de actore communi constituendo, c) de locationibus, d) de subhastationibus,





tionibus, e) de pecunia afferenda, vel mutuo danda, aut alias bene vertenda. *vid omnio* LUDOV. c. 4. §. *ult. f*) de variis oeconomicis, g) de rationibus reddendis, h) de censura scriptorum, i) de remediis suspensivis, in variis quaestionibus, quomodo, & quorsum & aliis. In omnibus hisce datur proponens, vel in conventibus, vel in literis circularibus; dantur libera vota, vincit eorum pluralitas, nec praecise cujusvis creditoris, minutoris summae & quartae praesertim quintaeve alumni, curatur vel captatur cooperatio. De eventu nulli dissententi teneantur concludentes.

---

ADDI-



## ADDITAMENTA.

- I. Dantur illustrissima Collegia & Corpora fortuito enata. Roma præbet exemplum singulare; si fabula est vera. vid. RICHARDI diff. de Roma ante Romulum condita.
- II. Ecclesia primitiva fuit Collegium. Legantur verba: Sage es der Gemeinde. Volvantur Evangelistæ & Acti Apostolorum. Conf. elegans diff. Theol. Helmst. MEIERI, de politia, primitivæ ecclesiæ.
- III. Clamor populi arguit seditionem, non Collegium: Vid. B. BOEHMERI diff. de injustitia vocationis ad clamorem populi hab. Hal. 1705.
- IV. Jura, quæ creditores sua accipientes, pro rata, ad expensas tenent, sunt alii, quæ unam, pro omnibus mactant victimam, æquora.
- V. Jactus, five ejectio, in discrimine maritimo, quo sub rubro legatur Ven. Pater BOEHMERUS, non fit absque præsidio & pravia consultatione, an? & quid? Leg. Alter folius,





inter Jctos, illustris, BOEHMERUS, de servaticio, vom Berge-Lohn, S. 7.

VI. Testamentum in vasto mari conditum, est priorlegiatum.

VII. Omne Convivium, respectu convivarum, est collegium fortuitum, habens sua etiam jura singularia. Placet excerpere Erasmi Roderodam. Colloquium fabulosum. Polymathus: Ut non, ita ille, decet civitatem bene constitutam esse sine legibus & Principie, ita nec convivium oportet esse *ἀναρξον καὶ ἀνομον.*

Galvasinus respondet: Perplacet, ut unus, totius populi nomine, respondeat.

Polymathus: Heus puer! adfer huc talos: Horum suffragiis decerneretur regnum, cuicumque faverit Jupiter. Euge! Eutrapelo favet Jupiter.

Eutrapelus: Quod felix faustum que sit, huic convivio! Primum edico, ne quis heic proferat &c. Si quid incidet  
rit



rit controversiæ, Gelafinus arbiter ac  
judex esto. Qui legi parere noluerit,  
abito. Bene, imponatur silentium: Detur con-  
siliium abeundi, rixoso, spurca, injuriosa, etiam  
de absentibus & publica insulse loquende, ejicia-  
randem. Lites, de præcedentia, componantur  
placide, in possessório. &c. &c. Recte sentit  
Grotius, quod omnes virtutum cultores sint ju-  
dices vitioforum. An, in limine concivis queat fie-  
ri pactum venale non eliminando discursus? cum  
distinctione venit affirmandum. Solet inter-  
dum, sub discessum dici: *Wir haben nichts ge-  
sprochen.* Tandem explicetur dictionum: Inter  
pocula non est disputandum. Cogitetur  
de deipnosophistis, solipsis, soliloquis & alios in-  
terrumpentibus Legatur Erasmi Coll 5. v.  
Convivium prophanum. Hospes, ita  
habetur, alloquitur convivas: Ego ve-  
stu facilitate fretus, familiariter vos  
vocari sum ausus. Omnium convi-  
varum interest, servari leges inviola-  
biles. Conf. WILDUOGEL, de legibus con-  
viviorum & JENICHEN, *Von den Gaste-  
mahlen der alten Deutschen.*  
FINIS.





*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is difficult to decipher due to fading and bleed-through.]*

Buetano, Diss., 1761-71

VD 18

ULB Halle  
002 507 838




3

f  
5b.











Q. D. B. V. 1761

MEDITATIONES  
NONNULLAE JURIDICAE  
DE  
COLLEGIO FORTVITO

QVAS  
DOCTORATVM VTRIVS QVE JURIS  
EX  
SUPREMA ET CLEMENTISSIMA  
GRATIA

PER  
AMPLISSIMAM FACULTATEM JURIDICAM, IN ACADEMIA  
NOVA MECLENBURGENSI, FRIEDERICIANA, QVÆ  
EST BVETZOVII, IMPETRATVRVS,

SPECIMINIS INAVCVRALIS VICE,

AEQVIS  
CENSORIBVS BENEVOLISQVE LECTORIBVS  
ANNO MDCCLXI. M. SEPT.  
OFFERRE DEBUI

DANIEL STENGLIN.

HAMBVRGENSIS.

